An autem predicti qui compelluntur laborare in festis: possint recipere mercedem suam? Dic quod sic: ne domini. propter hoc prouidiores ad operari faciendum reddantur. Et ne ob delictum suum comodum consequantur.

Quid de eundem ad mercata: que fiunt in festo? R. finitudo. v. Si aliquis hoc faciat non consuetudinare: sed pro sua necessitate: non credo quod peccet mortaliter. Secus si consuetudinare. seu lucrandi cupiditate: maxime subtrahendo se a divinis.

# Feudum

**A**ut etiam si huius mercata prohibita sunt a prelatz illius loci. seu forsitan excommunicata. Mercata tamen que ex quadam necessitate fiunt de victua libo et necessariis ad diem aliquam: non credo illa citia esse. dum tamen propter hoc non se subtrahant a diuino officio. **F**ran. at de may. in tractatu de. x. pceptis dicit. quod in duobus casib[us] est peccatum mortale. Primo si die dominica tempore quo debet missam audire intendat mercationi. quod non patitur simul et semel missam audire et mercationem facere. Secundo esset peccatum mortale quando episcopus excōmunicaret omnes vendentes tali die quia in hoc quod excōmunicat: prohibet. Sed dicere quod aliquis post missam vel comedionem veniens ad foro et huius: peccet mortaliter: non dicerem. quod illud non est a iure diuino habeclesia. Sed ecclesia sustinet. et non intendit ponere laqueum filii suis. Et ideo credo quod non peccet mortaliter: et multi sunt huius op[er]i. Idem pe. de pal. Idem archi. floren.

**R**ecordum de itinerantibus die dominico. potest dici quod itineratio tempore missae est periculosa. nisi audiuta missa. sed post missam vel comedionem potest fieri et ecclesia sic utitur: ut ep[iscop]i et alij. nec credo quod sit mortale. hec **F**ran. vbijs.

**Q**ueritur de quone quotidiana. Episcopus fulminavit sententiam excōmunicatiōis pro tra labores in festis ab ecclesia pceptis. quidam ob necessitatē quandaz imminentem. Puta. blada erant in campis. vel fena. imminebat tempestas et huius. Item causa pietatis circa edificatōem cuiusdam monasterij aut ecclesie sacerdotis pauperculi laborauit et huius. an predicti incurvant excōmunicationem. Rūdet. quod aut iste ep[iscop]us expressit in tali sententia. quod nullus in festis laboret nec causa necessitatis vel pietatis vel huius. et tunc dico quod talis sententia non tenet et est omnino nulla. quia p[ro]tinet intolerabilem errorem. quia est p[ro] iura expresse. quia contra. c. si. ex de f[act]o. ibi nisi necessitas virgeat. vel pietas sua debeat. et s. c. licet. eo. ti. ubi ecclesia indulget. circa captionem alletior in diebus dominicis et alijs festis non maioribus. sine quibus tamē alletijs vita humana etiā comode pertransire posset. Si autem non expressit causam necessitatis. nec pietatis. tunc dico quod talis sententia debet intelligi finis ius omnime et interpretari. hoc est quod perficit ius omnime et tunc intelligit. Quod non licet laborare in festis: exceptis casib[us] de iure pcessis. scilicet necessitate. pietate et raritate. Si tamen quis laboraret in festis: non existente aliqua de predictis causis. tunc incurreret excōmunicationem. Per idem dici potest de excommunicatione lata illis qui non audiunt missam in diebus dominicis in ecclesia parochiali: sed audiunt in ecclesijs mendicantium. dico quod talis sententia non tenet. quia est p[ro] iura. ut in. c. ut dominicis. ex de paro. ubi non inhibet parochianis quoniam possint audire missam in ecclesijs mendicantium. immo eis pcedit. sed illud ea. solum. prohibet quod parochiani dimissa eorum ecclesia parochiali: vadant ad aliam ecclesiam parochiale. De hoc vide. s. c. Missa. Itē

sicut attentatum contra ius est ipso iure nullum. ut in. c. vides. s. di. et in. l. non dubium. **C**ontra legem. Ita etiam attentatum contra consuetudinem generalē totius orbis: est nullum. ut in. c. in his. et c. catholica. s. di. Item sicut ep[iscop]us non potest artare ius omnime nec facere substitutem quod pluētudo generalis arceat.

**F**eu[di]um est rei immo-

**H**abili: facta. per homagio: beniuola pcessio feudi. Et nota finis. Pe. helice in tractatu suo de feudi. quod de natura huius actus est quod dominus retinet sibi directum dominium et p[ro]tinetatem. ut in. l. feu. ti. Quibus causis feu. amittit. c. vniuersitatis. secundo. quia utile dominium transit in vasallum. Quid patet. quia vasallus potest quasi vendicare. ut in. l. feudorum titulo. de investitura de re. ali. facta. c. viii. co. Est ergo quasi dominus. alios non vindicaret. ff. de au. et ar. le. l. qnt. Tercio quod dominus h[ab]et ciuitate possessione. Quarto quod vasallus h[ab]et n[on]lē possessione quod vasallus appellat fructuari. h[ab]et fructuari possidet naturaliter. ut ff. de acqr. pos. l. naturaliter. Dico tamen quod ius vasallicum possidet ciuitates et naturaliter: quia prescribit. quod non faceret nisi ciuitate possideret. Quinto huius contractus possit in immobile. Serto. quia si vasallus domino constitutum seruitum non prestiterit: repellit a feudo. Septimo quia sine voluntate domini feudum alienari non potest. Octavo quia feudatio regulariter sit in perpetuum. Non quia dominus habet mettere in possessionem vasallum. Decimo quia si sit controversia inter vasallos dominus recognoscit. Sed secus est in emphiteota. Ratio diueritatis. quia in contractu feudali dominus habet vasallum: mediante iuramento personaliter obligatus. Et ideo cum habeat iurisdictionem in personam. multo fortius in rem. Sed dominus habet emphiteotam obligatum ratione rei. nec habet aliquod ius quod in pensione solvatur. Ideo recognoscere non potest. Undecimo vasallus non potest sine domini voluntate feudum impignorare. sed emphiteota bene potest. Ratio diueritatis. quia si vasallus re pignori obligaret. creditor interim recipet fructus. Et dominus interim ex hoc patetur damnum. quia de fructu domino seruire tenetur. sed ubi emphiteota rem pignori obligat. dominus ex hoc nullum damnum patitur. cum emphiteota teneatur domino prestare pensionem in pecunia consistentem. Et ideo licet alius recipiat interim fructus. emphiteota solvendo d[omi]no pensione satissimamente potest. Duodecimo. quia vasallus alterum feudum dare non potest sine domini voluntate. Sed emphiteota bene potest donare. Ratio. quia magis est obligatus domino vasallus. propter fidem etiam quod emphiteota. Cum personam ipsius vasalli elegerit. Ita quod alium subrogare non potest: in iunctu domino. Sed licet emphiteota alium loco sui subrogare non possit alienando: tamen hoc sibi permititur. propter liberalitatem. cum ita possit

alijs rem meliorare: sicut ipse. **Tercio** decimo semi na non potest succedere in feudum: nisi fuerit cō nentum. Sed semina in re emphiteotica succede re potest. **Ratio diversitatis.** quia feudum dat ppter seruitum. Sed mulier non pot ita bene fui re: sicut homo dñ. Sed res dat in emphiteosim ppter melioratōz: et ita bene pot meliorare mlt si cut homo. **Asten.** tamen dicit. qd hoc fallit in duo bus casib. **Unus** est si sit feudum feminē vel fe mine concessum. tuc em deficiētib; masculis ad feminas p̄tinebit. vt in titulo de beneficio female. **Secundus** est si sit tali pacto acq̄situs. vt. s. defici entib; masculis ad feminas deuoluat. quia qd fut ut actum est fuanum. vt in tit. de suc. feu. s. filia. **Quartodecimo** vasallus non potest aliūnū vasal lum facere sine domini voluntate. h̄ emphiteota potest. **Ratio diversitatis.** quia res dat in emphiteosim ppter melioratōm: h̄ ita bene potest melio rare. **Secundus:** sicut prim⁹. iō p̄sens domini no requirit. h̄ feudum dat ppter fuitum. Et qd potest non equa bene fui re secundus sicut primus. iō requirit p̄sens domini. **Quintodecimo** quia p̄sio non prestat. imo prestat fuitum certum vel in certum. put fuitur puentum. Item qd non prestat aliquid p̄ introitu. **Sextodecimo.** qd vasallus no tenet prestare fuitum nisi fuerit req̄situs a dñ. **Seus in emphiteota.** **Ratio diversitatis.** qd emphiteota tenet prestare certam pensionē certa die. **Dies autem interpellat** p̄ domino. vasallus autē non tenet domino. nisi sciat qd indigeat. **Decimo septimo** vasallus potest feudum dimittre sine domini voluntate. h̄ emphiteota non potest. **Ratio diversitatis:** qd feudum dat amore vasalli. et vt aliquaz utilitatem p̄sequat. ideo nimiz si sine domini voluntate pot renunciare. **Sed res dat** in emphiteosim ppter melioratōz et ppter utilitatē dñi. s. vt res meliorē. iō nimiz si sine dñi voluntate renū ciare non potest.

**Res imobiles ecclesie** de nouo non p̄nt dari in feudum. **Nam** et plati hoc iurant. **Sed res qd p̄n erant feudales.** possunt itez infudari. puta si vasallus ppter aliquaz cāz pdat feudum: vel moriat. poterit platus pcedere filio ei vel alteri. ex de feu. ex parte. **Quonodo** acquirit feudum: **Rū.** fm Hosti. quadrupliciter. **Primo** p̄ inuestituraz. puta. cum alijs tradit alicui possessionem rei imobilis corporaliter. vel cum hasta. vel cū baculo. aut aliquo tali a domino qd dicit se p̄ hoc inuestire. **Secundo** acquirit p̄ id qd loco inuestiture habet vt cum dom⁹ dicit alicui vade in possessionem illius feudi et teneas p̄ feudo. **Tercio** acquirit p̄ scriptione. vt si. xxx. annis tenuit feudum et dñ fuit. licet inuestitus no fuerit. **Quarto** acquirit p̄ successionē. non quidem ex testamento h̄ potius ab intestato nec emiylet aliqua ordinatio defuncti in feudo sa et. **Natura** autem huius successionis talis est qd ascendentēs non succedunt in feudo. puta. pater filio. descendētes autem sic. **Et primo** qd filius patri: et non filia. **Item** nepos ex filio: et no nepus

Et sic in infinitum. **Postea** vo succedunt collate rales. et isti de p̄suetudine imperij non succedunt. h̄ solus filius. quo deficiente revertit ad imperato rem: et p̄fert cui vult. **Et fm** Hosti. In omni seu do statim facta inuestitura. requiriē iuramentum fidelitatis. nisi ex pacto remissum sit. **Et fieris** v̄bis vel similib. **Ego** talis iuro ad sancta dei euangelia. qd abbinc in antea ero fidelis tali. sicut debet esse vasallus domino suo: nec id: qd mibi sub nomine fidelitatis omisit. pandam alij ad eius detrimentum: me sciente. **Et nota** qd vasallus obligat dñ fm qd puentū est. et fm qd feudi natura et cauz regionis ipsius vicinaz p̄suetudo req̄rit qd deficiētib; poterit vti iure scripto.

**In plurib; autem obligat** vasallus dñ. **Primo** ne sit ei in aliqd damnum de corpore suo: h̄ vitabit et impedit. **Secondo** ne id qd dominus facere intendit: et facile potest fieri reddat ei difficile vel impossibile. s. latenter p̄tra p̄curando. **Tercio** ne revelet secretum sui domini alicui maxime qui posset obesse. **Similiter** nec illa p̄ que minus tur fieret. **Quarto** ne sit contra eius iusticiam vel honestatem. s. de honestando filiam vel uxorem. maculando eius famam dicto. facto vel p̄sensu. **Qui**to ne aliqd damnum in temporalib; ei faciat. vel vtilitatem impedit. **Sexto** vt fideliter p̄beat ei p̄sileum quo ad verbum et auxilium. s. de rebo et p̄sona sua. p̄banū hec in li. feu. de forma fide. c. j. xiiij. q. v. c. de forma extra de iureiū. c. ego. **Item** licet vasallus non debeat esse. p̄ alijs contra dominum suum. extra de postu. c. fi. tamen. p̄ se et suis hominibus. potest et petere et defendere ius suū. ar. de iureiū. petitio.

**Quib; ex causis amittit feudum.** **Rū.** Hosti. **Primo** qd amittit. si vasallus fuerit cleric⁹ vel religiosus. quia nec tales succedunt in feudo. **xvij. q. viij. s. j.** **Secondo** amittit si heres vasalli sletit p annum et diem qd non petierit a domino inuestituram feudi. **Similiter** et si ipse vasallus post mortem domini non petierit ab heredib; domini. vt in li. feudo. in quib; causis feu. amit. c. j. **Et hoc verum:** nisi ipse vasallus fuerit minor annus. **xvij. q. viij.** talis non cogatur fidelitatem facere. **Item** nisi sit miles qui habet pro termino annum et mensem. **Item** nisi iusta causa impediatur. vt in li. feudo. de p̄bi. feu. alie. per lotarium. **Et intelligitur** iusta ea vt per mortem. vel capitales inimicicias. vel aliaz iustum absentiam. **Tercio** amittitur. cum vasallus tribi vicib; coram paribus et huiusmodi req̄situs fidelitatem iurare noluerit: qd dominus paratus sit facere inuestituram. **Quarto** si vasallus infudauerit feudum alia lege qd ea: quaz ipse habet. vel in talem vasallum qui feudum seruare non potest. **Quinto** si vasallus interfecit suum. p̄ prium germanum vel germani filium. vel aliquid consumierit qd paricidij nomine cotineat ad hoc. vt totam hereditatem habeat. **De** paricidis habes. j. **Paricida.** **Sexto** si vasallus dimisit dominum suum in prelio: non mortuum nec ad mortem vulneratum. **Similiter** ppter alias multas in s. iiiij

# Fendum

gratitudines: que enumerantur in li. feudo. in ti.  
qui. mo. feu. amit. c. j. 7. ii. Septimo si vasallus sc.  
enter negauerit feudum aut partem. aut conditio  
nem eius. Secus si ignoanter. qd si vasallus non  
vult ostendere de parte feudi: presumentur qd totū  
teneat in feudum. Octavo si vasallus feudum ali-  
enauerit. Et si quidem p parte alienauerit: illam  
partem amittit. et libere ad dominū reuerte nul-  
la pscriptio obstante. Nec pderit vasallo si p  
factam alienationem recuperauerit feudum ipsum  
nisi ignoanter alienasset. Mono si vasallus dñm  
acculauerit. aut si testimonium contra ipsum tule-  
rit in causa non tm criminali s̄ etiam ciuii. Licet  
quidam dixerint qd in ciuii potest. Decimo si va-  
sallus vocatus a domino: qd secum vadat in expe-  
ditione publica. puta. vocatus ab imperatore vt se-  
cum veniat romam. p suscipienda corona et hmoi  
non venerit. nec alium p se domino suo acceptu  
miseric. vel ei stipendia milicie non dederit. Et qd  
dem quando ppter fidelitatem non seruataz amittit  
ur feudum: non intelligit ipso iure: sed per sen-  
tentiam. Si vo alienatum fuerit: ipso iure perdit  
fm Inno.

¶ Quando dominus amittit ius qd in feudo ha-  
bet. Rū. fm Hostiū. Hic vasallus amittit feu-  
dum ppter culpam. ita dominus prietatem feu-  
di. vt in li. feu. si de feu. pto. fu. c. domino pmitte-  
re. Dominus enim vasallo debet vicem repende-  
re. vt in li. feudo. ti. de forma fide. c. j. in fi. Et si no  
rependent. merito censabit maleficus. vt est ille qd  
contra vasallum dephensis fuerit perfidus. xxij.  
q. v. de forma. xcv. distin. esto subiectus. extra de-  
iure iurian. peruenit. Et talis etiam priuatur iure  
quod habet in vasallum: et feudum transit ad su-  
periorem. non tamen ipso iure sed per sententi-  
am.

¶ Quid si dominus moriens plures filios relin-  
quit. nunquid vasallus iurabit fidelitatem omni-  
bus. Rū. fm Hostiū. non puto. quoniam vasallus  
non cogit p uno feudo plures habere domi-  
nos: maxime in comitatibz. ducibus. marchio-  
natibus. qui hodie diuidi non possunt. Sed si va-  
sallus moriens plures filios reliquit omnes dnt iurare  
fidelitatem: si feudum indivisum hnt. s̄ si ex  
diuisione: totum feudum ad unum peruenierit: il-  
le solus iurabit.

¶ Utrum filius repudians hereditatem patris.  
possit retinere feudum. Rū. fm Hostiū. non. s̄  
aut totum debet retinere; aut totum repudiare. ni  
si forte eum dominus tanq; de novo beneficio in-  
uestiat: agnatis consentientibz. tunc enim bene re-  
tinet feudum sine aliquo onere hereditarie. et di-  
cuntur agnati qui per virilem sexum descendunt  
agnati vo qui per semineum. Agnati vo bene  
possunt aliquod feudum retinere repudiata here-  
ditate. vt in constitutione Federici. an agnat? vel  
filius defuncti: repudiata hereditate. possit feudū  
retinere. c. si ppter.

¶ Utrum feudum possit per vasallum legari ec-  
clesie. Rū. fm Hostiū. Si feudum fuit de came

ra domini et ad tempus datum: non potest legari  
nec etiam heres succedit. Similiter etiam ecclie  
non potest legari si de natura feudi est qd vasallus  
fuerat in propria persona. Et in tali non succedit clericus  
etiam si sit filius fm Hostiū. Si vo sit paternum et  
perpetuum. tunc potest p anima legari: nisi con-  
suetudo repugnet. Nota tñ fm Hostiū. qd libri  
antiqui non habent in illa lege impialem de phi.  
feu. alie. p Federi. vbi de hoc dicit. Illam clausula  
scz p anima iudicare. vnde vel illud vbum remo-  
ne. vei intellige qd est personalis vel typale vel etiás qd  
fit in fraudem. Et de hoc qd dicit Hostiū. qd typa  
le feudum non potest alienari. Secus si ppetuum.  
quia tunc alienari potest. et in mortuorio ecclie  
dari. Panormitanus in. c. ex parte. de feu. appro-  
bat hoc dictum. Et dicit qd hoc non reperit ibi ab  
aliquo reprobatum.

¶ Quid si vasallus pmittat crimen lese maiestatis  
p principem: ppter qd publicant omnia bona sua  
nunquid ad principem pueniet bona feudalia? Rū.  
Huius dur. qd ius in re qd competebat vasal-  
lo. s. utile dominum pueniet ad principem. Et di-  
rectum dominii apud immediatum. dominii rema-  
nebit. quia vo non decet principem. p feudo fuire  
nec p se nec p substitutum. princeps pcul recipi-  
et. p extimatione utilis dominij. Dominus vo in  
mediatus recipiet partem aliam preci p directo  
dominio. ff. de le. ii. qui solidum. S. j. Fiscus emi po-  
test vendere rem quam cum alio habet pminem  
restituendo alteri p rata preci: partem. L. de coi.  
re. al. l. i.

¶ Nunquid ob delictum patris filius pdat feu-  
dum. si tale fuit delictum. ppter qd pater perdet  
feudū. Rū. Hof. dicit standū consuetudinibz lo-  
coz pstitutionibz feudoz. Dy. in regula non dicit  
qd aut feudum est paternū id est quia habuit  
originem in persona patris. Et tunc filius priuat iu-  
re feudi. Aut est a genere vteriori et tunc secus. Et  
cum bac opinione transmetit Jo. an. 7. d. an. in. c.  
ex parte. de feu. Et Panor. ibi plenus distinguit.  
iuxta no. per Bart. in. l. cum qui. ff. de interdic. et  
in. l. vt iuris iurandi. S. si liberi. ff. de op. li. qd aut  
pater pmissit delictum. ppter qd directe venit pri-  
uandus feudo. vt quia alienavit feudum. vel co-  
misit delictum p tenorem iuramenti. Et tunc no-  
cet filio. etiam si pcessit a genere vteriori. ar. in. l. i.  
ff. si quis ali. te. phi. et in. l. cum ratio naturalis. ff.  
de bo. pscrif. vbi patet. qd delictum vnu nocet om-  
nibus primoribz qui sunt inferioris gradus. vnde  
siquis interfecit planguineum cui debet succedere  
ab intestato: fiscus occupat hereditatem. nec veni-  
unt alii consanguinei qui sunt inferiores in gdu.  
vt in. d. l. cum ratio. et qd ibi no. Si autem non est  
tale delictum. ppter qd dominus priuat directe feu-  
do. s̄ p quandaz psequentialz. puta quia est dam-  
natus: ob aliquod beneficium. Ita qd bona veni-  
ant publicanda. Et tunc procedit distinctio Dy.  
Nam si feudum est paternum nocet filio. Secus  
si est a genere vteriori. Et nota qd eadem questio  
potest formari in iure patronatus. Nunquid pu-

blicatis omnibus bonis: perdant filii ins patronatus quod descendit a suis antiquioribus. Vide gloriosum notabilem. xvij. q. viij. filij. que tractat. nunquid index secularis possit priuare laicorum iure patronatus ecclesie. Et nunc quod veniat cum vniuersali publicatione bonorum. vide etiam bonam glo. in. c. sati puerum. l. vij. distin. que dicit. quod licet pater commiserit crimen lese maiestatis. ex quo filii efficiuntur infames. L. ad. l. iul. maie. l. quisq. filii tui clericorum non incidunt in infamia. Et quod p. non dicit p. de re bona. qd no.

Ultimo queritur de quone quotidiana. Donec quod vasallus alienauit feudum irrequisito domino. sed apposuit clausulam. salvo iure domini. nunquid iste nihilominus perdat feudum. Panor. vbi s. dicit Hal. x. coll. que sit causa bene amit. c. j. tene reg sic: quia factum subsequens est contrarium prestacioni. Ad hoc. c. ea te. d. iureu. Secus dicit si adiecerit hec verba. quod nec alter. nec alio modo alienare intendit. qd no. Panor ergo hec vba quod dno contradicente non videat facta alienatio. Hec Panor.

**Fides.** Ut omnes teneant habe refidem explicitam. s. Unum quilibet teneat credere seu scire omnes articulos fidei explicite. R. fin. Dire. li. j. quod est quedam fidei mensura ad quam quilibet tenet. et que sufficit simplicib. et forte omnibus laicis. s. quod oportet quilibet discernentem et maxime adulterum ad fidem accedenter: credere quod deus est. et quod est punitor omnium malorum: et remunerator omnium bonorum. Alios autem articulos sufficit quod credat simpliciter et implicite. id est quod credat verum esse: quicquid credit ecclesia catholica. Sed hanc mensuram debent clerici excedere: maxime prelati: et quicunque habent curas animarum. Nam tenent scire explicite et distincte omnes articulos fidei qui continentur in symbolis. Creedo. et quicunque vult. et in psilio generali edito. xxxvij. distin. c. i. q. 2. iii. Episcopi vero tenent plus scire. ut scilicet circa predicta opponere et respondere et hereticos pseque et confutare. ex de hereti. excommunicatus. et paup. Et quid p. de latice fidei implicita? R. direct. vbi s. quod si talis ratione naturali dicat quod pater maior est filio: vel prior. vel quod tres personae sunt tres res distincte ab invicem. vel aliud simile: dummodo sic credat. quia credit ecclesiam sic credere. et sum am opinionem fidei ecclesie supponat. nec sum defendat errorem: sed paratus sit credere: sicut credit catholica ecclesia. nunquam hereticus indicat. quod certe sic male oppinet. tamen non est illa fides sua. sed est fides ecclesie. hoc etiam notat Innocentius. de sum. trini. et fi. ca. c. i. et Hostiensis. in p. hemio circa s. Idem panor.

An autem ecclesia vniuersalis possit errare. R. Panor. in. c. a nobis. el. ii. de sen. et. dicit quod ecclesia vniuersalis non potest errare. s. in fide seu articulis fidei. Et pro hoc tantum oravit Christus ad patrem: ut in euangelio. Ego pro te oravi patrem tuum. Et

sic intellige. et a recta. xxij. q. j. In alijs autem non solum ecclesia particularis verum etiam vniuersalis. collectio fidelium: seu psilium generale potest errare et de hoc est tex. clarus in. d. c. a nobis. vbi dicitur. quod iudicium dei: veritati que nunquam fallit nec fallit spiritus ininitus. Iudicium autem ecclie non nunquam opinione sequitur: quam fallere sepe pertingit et falli. Et sic fin. Panor. iste tex. dicit intelligi indistincte. quod eadem ratio est in ecclia vniuersali. Nam et psilium generale per quod representat ecclia vniuersalis: bene posset errare excommunicando de facto platum: qui non erat excommunicandus ex causa latenti: quod non potest diuinare licet locum dei teneat in terris. ut in. c. ut n. m. ut ec. bene. Sicut errauit psilium super nimirum perpendulum inter raporem et raptam. Et dictum Hieronimi melius sentientis. postea fuit platum statuto scilicet ut pba. xxxvi. q. ii. in. c. tria. Juncto. c. placuit. Et addere ad predicta glo. in. c. vnico. de reli. et ve. san. li. vi. que singulariter dicit. quod in canonizatione sanctorum non est credendum ecclias errare. Iz accidere possit est tex. in. d. c. a nobis. hec glo.

Queritur an franges fidem frangenti ibi: peccet mortaliter. de quo h. xxij. q. j. c. noli. R. fin. Panor. in. c. puenit. el. ii. de iureu. quod illa auctoritas dicit intelligi: quod due obligationes respectuane adiuvicem. ut quod ego promisi tibi certum quid: quod promisi tibi aliquod aliud. Et tunc si non adimplies ex parte tua. nec ego teneo ex parte mea. Et ita dicit intelligi dicta auctoritas. Quicquid vero obligationes non respectuane adiuvicem. non sicut ad idem factum: sed ad diversum. puta. promisi tibi simpliciter dare certum liberum: et iurauit. Tu etiam postea implicititer iurasti aliquid pro me facere. Certe: licet ego non adimplam. promissionem meam: tu tamen non eritas pro iuri um. si disersis adimplere promissionem tuam. quod tu non promisi nisi ratione promissionis mee fuisse simplius. Et de spiritu ad spiritum non admittitur p. pensatio. ut nota est in. c. iij. de depo.

**Filius.** Nota ex dictis Panor. in. c. innotuit. de elec. et in. c. tanta. q. fi. sunt leges. quod sunt filii legitimorum: ut adopti. et patr. et regn. et dicitur legitimus filius: quod sunt naturales. quod sunt filii legitimi. quod sunt emancipati a patre legitimo. in nullo succedit ipsi patre. sed sunt filii emancipati: succedit enim legitimo vincere legem. et naturalibus. De hoc vide s. Adoptio. Quod sunt filii legitimorum et naturales ut sunt ex legitimo marito vero vel putativo. Et dictum naturales. quod sunt naturales sicut geniti. dicuntur legitimorum: quod p. pentium est approbata a lege. Isti succedit pentium ab intestato. Non enim exclusus ipsi p. feruntur. ut in autem de here. que ab intestato. Et sunt quasi domini viuendi pentium. Solum enim deest eis administratio. ut insti. de here. qua. et dif. s. f. sui. Et ideo ex consuetudine a lege incluta filii comitum appellantur comites. etiam in vita parentum. ut no. xxij. q. i. c. fi. iuncta glo. Quicquid sunt filii spirituales et legitimorum. ut suscepisti ex baptismate. vel confirmatione. Et isti in nullo succidunt parentibus spiritua-

# Filius

Iibus. Quidam sunt filii naturales tñ. et generaliter omnes nati ex coitu possunt dici naturales. sed aliquis est coitus non approbatus a lege. seu qui a lege nomen non sumit. ut cum consanguineavt conjugata. vel adultera. vel ex meretrice. vel ex cōcubina. cum quis habebat plures. vel ex concubina; quaz non habuit ex indubitate affectu. Et hi per legem ciuilem vocantur spuri. Est et alius cotitus: qui est cum vna concubina retenta in domo. Et isti filii nati ex hoc coitu vocantur per legem ciuilem naturales tñ. ut patet per Bar. in. l. in concubinatu. ff. de concubi. vbi querit. Quid si aliquis habet vnam mulierem extra domum suam. vtrum ista dicatur concubina: adeo q̄ filij natii ex ea dicantur nati ex concubina? Blo. ibi dicit. q̄ non. quia requiritur habitatio simul. Istud etiam tenet Dy. dicens. q̄ in concubinatu requirit indubitate affectus sicut in uxore: cui⁹ affectus p̄sumptus inducit p̄ coibitationem.

An autem isti filii tam spuri q̄ naturales succedant parentibus. Hic concludendo dicta glo. in. l. si qua illustris. L. ad orphi. et Bar. ibi et in. l. si gener. ff. de his qui. ut indi. et Panormitanus in dicto. c. tanta. q̄ spuri qui habent patrem incertum. ut nati vulgo: ex coitu meretricali qui coyt⁹ non est damnabilis fm. Ly. in dicta. l. si qua. qui non accusantur ppter vilitatem vite. Isti succedunt matri equaliter cum legitimi. ut institu. de succ. cogn. s. vulgo. Fallit in matre illustri. ut in dicta. l. si qua. Patri vo in nullo succedunt. etiam non extantibus liberis. vel coniuge. Si vo est spurius natus ex coitu reprobato. tunc isti tales non succedunt. neq; patri. neq; matri. ut in Autentica. qui. mo. na. effi. ie. s. si. Ille autem dicitur ex damnato coitu fm. Ly. in autenti. ex completu. L. de ince. nup. qui potest accusari. ut adulterij. stupri. et generaliter natus ex muliere: quaz quis non potest habere in uxorem ratione consanguinitatis. affinitatis. religionis. vel ordinis. vel alterius matrimonij. seu cum quis habet plures vel etiā duas concubinas simul. Et hi omnes nec a patre. nec a matre fm leges alende sunt. Natus vo ex meretrice alendus est a matre. talis enim coitus licet sit damnabilis in foro conscientie: non tamē in foro ciuili. Idem dicit Ly. de nato ex muliere q̄ seruit in caupona. et ministrat vina intemperantie: q̄ alēdus est a matre. ut. l. si ea que. et. l. que adulterium. L. de adulteri. Nati vo ex concubinario coitu succedunt matri cum legitimis. ut in dicta. l. si qua. etiam si sit illustris. Et isti succedunt patri ab intestato in duabus vincijs totius hereditatis: dummodo non extent filii legitimi. vel cōiuncta legitima. ut in Autentica. licet parens. L. de na. li. Et fm glo. in dicto. c. tanta. et in. c. nisi cum prudem. de renunc. hoc procedit etiam de iure canonico. licet Hoff. fuerit in contraria opinione. Postiē. tenet primam opinionem quam etiam sequit̄ Panor. quia in hereditatib⁹ standuz est iuri ciuili. ex quo ins canonicum non disponit in cōtrarium.

Si autem queras. quare est q̄ spuri⁹ qui habet patrem incertum non succedunt patri sed matri. Blo. in dicta. l. si qua. dicit q̄ huiusmodi spuri⁹ succedunt matri et non patri: cum habeat incertum. nam si haberet certum. tunc succederet in duabus vincijs: eo modo quo dictum est. nec huiusmodi spuri⁹ succedunt matri: si est illustris. p̄ ter. in dicta. l. si qua. ibi. Illustris nominari spuri⁹. satis iniuriosum est. Et hoc est qđ dicit Bar. in. l. ex facto. ff. ad trebel. q̄ in privilegijs legitimatis p̄ imperatorem sibi concessis excepti filios spuri⁹ illustrium et spectabilium psonarum. Et hoc quia in illis omnibus illa soboles plus abhorret.

An autem predictis spurijs ex damnato coitus possit aliquid relinquiri? Rn. Bart. in Autenti. ex complexu. L. de ince. nup. dicit. q̄ licet de iure ciuili per illam autenticaz huiusmodi spuri⁹ sint indigni omni substantia. adeo q̄ nihil potest eis donari. nec testamento relinquiri ab eorum patre. immo nec calendi sunt. Sed de iure canonico secus. ut extra de eo qui duxit in ma. c. cum haberet. Et per hoc dicit se consuluisse: q̄ vlg; ad sufficientem quantitatem pro alimentis pater potest hinc filio spuri⁹ relinquere. Et eodem modo filie sine spuri⁹ p̄ dote sua. quia sine aliqua dote non potest ali⁹ neq; nubere.

Quero an pentes istis spurijs succedant. Rn. Bar. in dict. l. si gener. dicit q̄ eodem modo quo isti filii succedunt parentibus. ita parentes ipsis filiis.

Quero vtrum sit aliquis modus per quem pater possit relinquere filio spuri⁹. Respondeo. Bart. in dicta. l. si gener. dicit. q̄ est unus clarus. Nam de iure canonico talis filius deber alia patre. unde erit modus q̄ relinquatur sibi tantum q̄ sufficiat ad alimenta. hoc modo: relinquatur spuri⁹ in vita sua fundum pro alimentis. et post mortem sit suorum filiorum: quibus potest relinquiri. ut. l. si. L. de natura. si. Idem dico in dote. q̄ dotis fauor est sicut alimentorum. Et ita dicit de facto se consuluisse. Et hoc. nisi excedat magnam quantitatem. Nam tunc forte presumere frans p. l. j. L. de natura. li. Aliuz casum habes. i. Societas. q. xxij. vide etiam eundem Bart. in. l. si is q̄ ex bonis. de vul. et pu. sub. vbi notat et illa. l. mirabilis. q̄ licet naturalis. vel spurius. p̄ beatetur succedere patri. tamen non prohibetur fratri suo pupillo succedere etiam ex iudicio patris. Casus est fm eam de naturali filio in dicta. l. si is. De spuri⁹ vo notat glo. in Autenti. qui. mo. na. effi. sui. in. coll. vii. que notabiliter dicit. q̄ si vulgariter substituat: non possit. quia patri heres esse videtur. Si pupillariter pot. quasi pupilli sit heres. ut in. sti. de pu. sub. s. j.

Quero quid debeat facere fm p̄scientiam ille. in cuius p̄scientia onus est de restituendo spuri⁹. Rn. Bart. in. d. l. si gener. q̄ salua rōne theologi⁹ legaliter loquendo: dñ dare fisco: et nō spuri⁹ nec reuovere. p̄ se.

# Filius

## Fo. CVIII.

**A**n antez ipse spurius teneatur restituere illud qd acceptit a patre s. ant. licet. L. de na. li. Intelligo de eo quod acceptit ultra sufficientem quantitatem alimentorum. Dici pot p predicta qd restituere teneatur.

**N**unquid autem tali spuriis ab extraneo possit relinqui. vel dari aliquid quocunq; titulo inter viuos. Slo. in autentico qui. mo. na. effi. sii in si. dicit qd sic. cum illa lege non prohibeatur. Omnia enim licent que expresse prohibita non sunt. Et per hoc etiam dicit Paulus de castro. qd si pater esset executo: ultimarum voluntatum: poterit dare filio suo naturali id quod esset datus alij pauperi. quia non dicitur dare de suo sed de alieno. Et eadem ratione potest dici. Idem si esset filius spurius.

**Q**uero an filius legitimatus per sequens matrimonium sit legitimus quo ad omnia? R. panormitanus in ca. tanta. qui si. sunt leg. post glo. dicit qd sic. ac etiaz vt succedat in feudum eius patronatus. Et sic habes inferre qd etiam in materia restringibili appellatione legitime nati. venit legitimatus per sequens matrimonium. Singit enim legitime natus. prout etiam tener. Iaco. de bel. et Hostien. et communiter docto. Nec ob. c. naturales. in libro feudorum in titulo. si de feudo tc. vbi dicitur qd naturalis: legitimatus non sicut in feudis. sed ille textus intelligitur de legitimo per rescriptum principis. quia cum illa legitimatio sit stricti iuris: tanq; dispositio contra ius est restringenda. vt in ca. qd dilectio. de consang. et affi. Sed matrimonium tanq; favorable purgat omnia precedentia. Item si rescriptum principis potest ipsum habilitare ad feudum. si de hoc fecit ibi mentionem. vt notabiliter vult ibi glo. ergo fortius matrimonium sequens. qd trahit retro et singitur contractum ante nativitatem filiorum. Et sic sunt isti habendi: ac si legitime descendissent favore matrimonij. pro hoc bonus tex. in. c. cum in cunctis. de elect. vbi dicitur qd promouendus in episcopum: debet esse legitime nat. et de legitimo matrimonio. et tamen legitimatus per sequens matrimonium. pot eligi in epm. vt notat glo. et doc. in. c. annotuit. de elec.

**O**trum malicia parentis noceat filio et econtra R. qd non nocet quo ad deum. Sed nocet interdum quo ad penam temporalem. lvj. dist. nunq;. Et vide Directoriam. lib. j. titu. lxxv. vbi vult qd in quatuor casibus malicia parentum noceat filius quo ad successionem: etiam si filii sunt legitimi. Primus est in criminis lese maiestatis spiritualis. vt criminis heresis. extra de here. vergentis. Secundus in criminis lese maiestatis temporalis. vbi filii non succedunt. vs. q. i. si quis. L. ad. l. iul. mali. quisquis. Tercius quando pater non fuerit fidelitatem domino a quo tenet feudum occidendo. vel mutilando et hmoi. ex de penis in quibusdam vbi hec notant. Ber. et Hostien. Quartus si p. insecurus fuerit cardinalem. vel peccaverit tc. filii non habebunt ex eiusdem hereditate. ex de penis.

felicis libri. vii.

